

sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manus mearū sacrificiū uestertinū. In nouo quoq; testamēto cōtempore dominus & saluator noster cōenātibus aplis, mysteriū sui corpis et sanguinis ī initio tradidit, ut tps ipsius sacrificij, uesterū ostenderet seculi. Proinde in honore ac memoriam tantorum sacramentorum, in his temporib; adesse nos decet dei conspectibus, & personare in eius cultib; orationum nostrarum illi sacrificium offerentes, atq; in eius laudib; pariter exultantes. Vesperum autem nominatur a sidere quod uester uocatur. & decidēte sole exoritur, de quo propheta dicit. Et uesterum super filios hominū producere facit.

## DE COMPLETORIO. Ca. VIII

E completis autem celebrandis etiam in patru-

d inuenimus exemplis. Dauíd propheta dicéte.  
Sí ascēdero in lectum strati mei. si dedero som-  
num oculis meis. & palpebris meis dormitatiōnē. aut  
requiē temporib⁹. donec inueniam locum domino.  
tabernaculum deo Iacob. Quis non stupeat tantam in  
amore dei deuotōnem animi. ni somnum sibi sine quo  
utiq⁹ corpora humana deficiunt penitus interdixerit.  
donec locum ac templum domino fabricandum. in pe-  
ctore suo rex & ppheta reperiēt? Que res nos debet  
fortiter admōere. ut si ipsi locus domini esse uolumus.  
& tabernaculum eius ac templum cupimus haberi.  
in quantum possumus exempla sanctorum imitemur.  
ne de nobis dicatur quod legitur. Dormierunt somnū  
suum. & nihil inuenierunt. et reliqua. Circa undecimā  
autem horam. id est in fine diei. quando huius officij  
tempus est. credimus saluatoris corpus positum esse  
in sepulchro. ac perinde istius quoq⁹ cursus. solēnis de-  
bet esse celebratio. atq⁹ magnope postulare debemus.  
ut ipse qui hac hora quietem sepulchri intrauit. nobis

in corpore tuo. de cœlo misericordia  
super te. In novo quoq; uterio et  
omnis salvator noster certe salvi,  
ergo et agnus i nchio tradidit opem  
et cõsiderat seculi. Prinde in hanc  
tamen sacramentorum in his temp  
us de cœlo confitebus. & perfolare  
ut nos fratibus patier exultamus.  
memoramus filium quod uesper u  
terile exultat. de quo gaudiæ dicit.  
spiritus hominum producere facit.

DE NOCTVRNA VIGILIARVM  
CELEBRATIONE. Ca: IX.

**E**vigilarum quoq; nocturnalū cœlebratione  
d antiqua est institutio. uigilarum deuotio fami  
liare bonum est omnibus sanctis. Esaias quoq;  
exclamat ad deū dicens. De nocte uigilat spūs meus ad  
te domine. quia lux p̄cepta tua sunt super terrā. Item  
Dauid & regio et prophētico sanctificatus unguento.  
ita canit. Media nocte surgebam ad confitendum tibi  
super iudicia iustitię tuę. Hoc nanc⁹ tempore uastator  
angelus transiens. primogenita Aegiptiorū percussit.  
Vnde & nos euigilare oportet. ne pículo Aegiptiorū  
admisceamur. Hisdem etiam horis uenturum se esse  
in euangelio saluator astruxit. Vnde et ad uigilādum  
auditores suos excitans dixit. Beati serui illi. quos cū  
uenerit dominus. inuenierit uigilantes. Vigilate ergo.  
nescitis enim quando dominus ueniat. sero. an media  
nocte. an gallicatū. an mane. ne cum uenerit. inueniat  
uos dormientes. Et ne solis apostolis illud p̄ceptum  
esse crederetur. mox subiunxit. Quod autem (inquit)  
vobis dico. omnibus dico. uigilate. Siquidem nec uer  
bis solum docuit uigilias. sed etiam confirmauit exem  
pli. nanc⁹ testatur euangelium. quia erat H̄esus per  
noctis in oratione dei. Paulus quoq; & Silas in custos  
dia publica circa medium noctis orantes. hymnum (au  
dientibus cunctis) uincit dixisse memorātur. ubi terre  
motu repente facto. & concussis carceris fundamētis.  
& ianuę sponte aperte. & omnium uincula sunt soluta.  
Vnde oportet his horis psallendi orandiq; frequentiā  
nos in sc̄tis habere officijs. finemq; n̄m. uſi aduenierit  
sub tali actu. expectare securos. Est autē qddā genus

g ij

